## Incipiũt aurea verba ſancti Egidij de oꝛdinis fratrum minorum

Gracia dei ⁊ virtutes ſunt ſcala ⁊ via aſcẽdendi in celũ. vicia vero ⁊ peccata ſunt via ⁊ ſcala deſcẽdendi ad infernum. vicia ⁊ peccata ſũt toxicũ. virtutes vero et bona opa ſunt tiriaca. Gratia attrahit gratiã ⁊ vnũ viciũ trahit ad aliud. gratia nõ vult laudari. viciũ nõ vult deſpici. Deus ĩ humilitate requieſcit. paciẽtia eſt figura eius. puritas cordis videt deũ. deuotio mãducat ipm. ſi amas amaberis. ſi times timeberis. ſi ſeruis ſeruietur tibi. ſi bene te geris de alijs. alij ſe bene gerẽt de te. Btũs ille q amat ⁊ nõ deſideat amari. btũs ille q ſeruit ⁊ nõ deſiderat tãtum ſeruiri. btũs q bene gerit ſe de alijs ⁊ nõ deſideat bene geri ſe de alijs. ⁊ quia hec magna ſunt ideo ſtulti ad ea nõ attigunt. Tria ſunt magna valde et vtilia. q quiſq haberet, male cadere poſſz. Primũ eſt. quod ſi oẽm tribulacõnem q tibi acciderit ꝓpter deũ in pace ſuſtineas. Secũdum ſi de oĩbus que facis ⁊ recipis magis humiliaris. Tertiũ ſi fideliter diligis bona q nõ poſſunt

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

videri ocul' corporis. Oia q̃ magis vilipẽ-
dũtur ⁊ relinquũtur ab hoïbꝫ mũdanis.
magis honorãtur ⁊ recipiũtur a deo ⁊ ſan-
ctis. Et ea q̃ amplius diligũtur ⁊ ãplectũ-
tur ⁊ honorãtur ab hoïbꝫ mũdanis. ãplius
odiũtur ⁊ reliquũtur ⁊ vilipẽdũtur a deo
⁊ ſãctis. Oia eni odiẽda diligit hõ miſer ⁊
diligẽda odit. Interrogauit ſemel frat̃ Egidius
quẽdã frẽꝫ dicẽs. Habes tu bonã aiaꝫ? Reſpõ-
dit frater ille, frater mi neſcio, dixit ei frat̃
Egidius, ſãcta cõtritio. ſãcta humilitas. ſan-
cta caritas. ſãcta deuocõ ⁊ ſãcta leticia. faci-
unt aïam bonam ⁊ ſãctam

## ¶ De fide

Omnia q̃ pñt excogitari narrari videri l'
palpari. nl' ſũt reſpectu eoꝝ q̃ nec ex-
cogitari nec videri nec palpari pñt. Oẽs ſa-
piẽtes ⁊ ſãcti q̃ fuerũt ⁊ ſũt ⁊ erũt q̃ locuti
ſũt ul' loquẽt' de deo. nõ dixerũt nec vnq̃
dicẽt de deo i ꝯpacõe eius q̃d ẽ. n̄ ſic ẽ cuſpis
vnius acus i ꝯpacõe celi ⁊ terre ⁊ oĩm creatu-
raꝝ q̃ in eis ſũt. ⁊ pluſq̃ milies minus. Tõ
ei ſac̃ ſcriptura loq̃tur tãq̃ balbuciẽdo. ſic
mat' balbuciens cũ filio ſuo puulo. q̃ alit'
nõ põt intelligere verba eius, dicebat ſemel egi-
dius cuidã iudici ſeculari. Credis tu q̃ dõ
dei ſũt magna. Reſpondit, credo, cui dixit, oñdo tibi

qd non credis. Et adiecit, q̄tum valēt om
nes facultates tue. Rn̄dit iudex. Valēt for
ſitan mille libras, dixit ei frater. Egidius.
Dares tu ꝑ millibȝ libris. Reſpōdit, darē
valde libēter. Dixit ei frater Egidius. Certū
eſt ꝙ terrena oīa nichil ſūt reſpectu celeſ
tiū, cur igitur hec nō das ꝓ illis. Reſpōdit
iudex. Credis tu ꝙ homo tantum opetur
q̄tum credit. Rn̄dit frater egidius, ſācti et
ſancte bona q̄ potuerūt facere ſtuduerūt
opere exercere. et que nō potuerūt cōplere.
cōpleuerūt ſāctis deſiderijs. et defectū opis
ſuppleuit ipm̄ deſideriū ſanctum. Si quis
haberet ꝑfecte fidē. veniret in talē ſtatum
in quo daretur ei plena certitudo, homini
qui certitudinaliter exſpectat magnū et
eternū bonum. quid mali pōt facere ei ali
qd malum. Et hōi qui exſpectat eternum
malū. quid boni pōt ei facere aliqd bonum.
Nunq̄ͣ tamē debet aliquis deſperare dū
viuit de miſericordia dei. qꝛ vix eſt arbor ita
ſpinoſa et nodoſa quā non poſſunt hoīes
planā et pulchrā facere et eā ornare. multo
magis nō eſt quis ita grauis peccator in
mūdo quē non pōt deus gratia et virtutibȝ
adornare. De dilectōne dei et proxi

Dilectio dei ⁊ proximi maior ē oibꝫ virtutibꝫ. Dicebat frater Egidius cuidā fratri ſpūali aīco ſuo. Credis tu ꝙ ego diligā te. Reſpondit frater ille, credo, dixit ei frater Egidi⁹. Non credas tibi. q2 ſolus crator eſt ille qui vere diligit craturā. ⁊ amoꝛ crature nichil ē reſpectu amoīs creatoīs. Dixit q̄dā ali⁹ fratri Egidio, ꝓpħa dicit. ꝙ oīs amic⁹ fraudulēter incedit. Reſpōdit. Ideo ſū tibi fradulētus q2 bonū tuū nō facio meū. Quāto enī āpli⁹ bonū tuū facerē meū. tāto mi⁹ eſſem tibi fraudulētus. Quāto enī ampli⁹ q̄s let⁹ fueit de bono proximi. tāto erit magis ꝑticeps boni illi⁹. Si vis ergo ꝑticeps eſſe boni omnium. gaude de bno omnium, bonum aliorum facis tuum. ſi tibi placet Et malum aliorum facis tuam cuſtodiā ſi tibi diſplicet. hec ē via ſalutis ut ſis letus ⁊ gaudens de bono proximi. dolens de malo ſuo Et credas bona de alijs. de te mala. ⁊ honores alios ⁊ te deſpicias, qui non vult alios honorare nō hōrabitur. ⁊ q̄ nō vult cognoſcere nō cognoſcetur. ⁊ q̄ nō vult fatigari non req̄ſcit. Laboricium fructuoſū ſuꝑ oē laboitium ē ſtudere pietati

et benignitati. Quid q̄t fit ſine amore ꝛ
deuocōe nō eſt placitū deo nec ſāctis ei9.
Ex ſuis efficitur homo paup. ꝛ ex diuinis
efficitur diues. Ergo diuina debet hō dili
gere ꝛ alia ɔtēpnere. Quid eſt magis q̄
ſcire eſſe gratū beneficijs dei. ꝛ ſcire repꝛhen
dere ſe de malis ꝓprijs. In hac ſcola vellem
ſtuduiſſe ab inicio mundi ꝛ ſtudere vſq̄
ad finē mūdi. ſi tamē vixiſſem et victur9
eſſem ſcꝫ in cōſideracōne ꝛ commēdacōne
beneficioꝝ dei ꝛ i cōſideracōe ꝛ repꝛhenſio
ne maleficioꝝ meoꝝ. tamē ſi defectū ha
berē i repꝛhenſione mei de maleficijs meis
nullum defectū haberē in conſideracōne dei.
Vides q̄ ioculatores ꝛ mimi ɔmendāt mi
ro mō eos q̄ dant eis vnū cimciū veſtimē
ti. Quid enim debem9 facere dn̄o deo noſ
tro. Multū deberes eſſe fidelis illi q̄ vult
te liberari ab oī malo. ꝛ tribuere tibi om̄e
bonum.

## De humilitate

Nemo poteſtt venire in cognitionē dei
niſi p humilitatē. Via eundi ſurſū eſt
ire deorſum. Et oīa picula ꝛ om̄es caſus
magni qui acciderūt in mūdo non niſi p e
leuacōez capitis acciderūt. ſicut p̄z i illo q̄
fuit creatus in celo. ꝛ in adam. in phariſeo

euãgelico ⁊ multis alijs. Et magna bona
q̄ facta ſūt ꝓpter flexionem capitis euene
rūt. ut patꝫ in beata virgīe et ī publicano
⁊ in ſacto latrone ⁊ ī multis alijs. Nō poſſe
m⁹ nos habere vnā molem q̄uem q̄ face
ret nos ſemꝑ capita incliare, tūc dixit ei q̄
dā frater, quō poſſem⁹ nos fugere iſtā
ſupbiā. Et ille. Laua inde tibi man⁹. vbi po
ſueris os ibi tene pedes. ſi conſideres benefi
cia dei debes incliare caput tuū. ⁊ ſi ꝯſiderēs
pccā tua debes caput tuū ſiliter inclinare.
Ve aūt illi q̄ querit de ſua malicia honorari
Vnde ḡdus huilitatis in homine eſt cog
noſcere ſe eſſe ſemꝑ contrarium bono ſuo.
Ramum etiam huilitatis reputo, reddere
aliena non ſibi appropriare ea. hoc ē oīa
bona deo attribuere cuius ſunt. ſibi attri
buere mala ſua. Beatus ille qui ita vilē
ſe reputat coram hominibꝫ. ſicut vilem ſe
eē inuenit corā deo. Beatus ille qui iudi
cat ſeipſum modo, qꝛ non veniet ad iudiciū.
Beat⁹ q̄ ambulat fidelit̄ ad iudiciū ⁊ obe
dietiam alteri⁹. hoc eni fecerūt apli etiā p⁹
q̄p ſpū ſācto fuerūt repleti, q̄ vult pacē ⁊
tranq̄llitatē habere. dꝫ oēm hoēꝫ ſupiorē
ſuū reputare. Btūs ille q̄ nō vult videri ī

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuis verbis ⁊ moribꝫ. niſi in illa cōpoſicōe
in qua diuīa gratia cōpoſuit eum. Beatus
qui ſcit cōſeruare ⁊ abſcōdere reuelacōes
dei. qꝛ nichil ocultū quod nō reuelet deus
qn̄ placet ſibi. Si quis eſſꝫ ſanxior homo
de mūdo. ⁊ reputaret ſe maiorē pccōrem
de mūdo. in hoc eſſet humilitas. humilitas
neſcit loqui. ⁊ paciēcia nō audet loq̄. humili
tas videtur michi eſſe ſicut fulgur, ſicut e
nī fulgur facit ꝑcuſſiones terribiles ⁊ pꝯ
modū nichil poteſt inueīri ex eo. ſic humi
litas diſſipat omē malū ⁊ eſt īimica oīs
pcc̄i. ⁊ facit hoīez nichil ſe reputare. ꝑ hui
litatē inueīt hō ḡciam corā deo ⁊ pacē cum
proximo. Sicut rex quis magnꝯ ſi vellꝫ
mittere filiā ſuā ad aliquē locū. non pone
ret eam ſuꝑ equū non domitū ſupbū et cal
citroſum ſed ſuꝑ equū māſuetū ſuauitͤ am
bulātem. ſic deus nō ponit ḡtiam ſuā in ſu
ꝑbis ſed in humilibus ⁊ in manſuetis

## De timore dn̄i

SJ timor dn̄i ſanctus. omnē malum ti
morem expellit. ⁊ cuſtodit illa bona
que nō poſſunt lingua expmi nec etiā cogi
tari. qꝛ timorem dn̄i habere maximum do
num dei eſt. nec omnibus datū. Qui non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

timet oñdit ſe nõ habere qđ ꝑdat, timor
dñi regit ⁊ gubernat hoiez ⁊ facit eũ vire
in gratiã. Si q̃s haberet gratiã dei. timor
dei cõſeruat eã ⁊ ſi non habet facit ad eã
ꝑueire. Oẽs creature racõnabiles q̃ cecide
rũt nunq̃ cecidiſſent ſi hec dõ habuiſſent.
Hoc ſãctum donum eſt niſi ſanctoꝝ ⁊ ſan
ctarum. Et quãto aliquis magis eſt gra
cioſus nõ ẽ nimiꝰ humilis ⁊ timoratus. et
virtus in quo homines minꝰ ſe exercẽt nõ
eſt minor aliis. Homo qui offendat in
tãtum deum ſuum q̄ dignus eſt morte. cũ
qua ſecuitate poteſt ante preſẽtiam eius
ire? Beatus qui ſe cognoſcit veraciter in
carcere eẽ in hoc mũdo. et ſemꝑ dñm ſuum
offendiſſe. Multum valde debet homo ti
mere a ſuꝑbia ne precipitet eũ a ſeipõ. et
a ſimili tui time ſemꝑ ⁊ caue, nõ ẽ ꝑfecta ſe
cuitas hoi dũ ẽ in hoc mũdo inter inimicos.
Inimicꝰ ẽ caro vr̃a ⁊ ipã cũ demoĩbꝫ ſemꝑ
eſt aduerſꝰ aĩam. Maiorẽ ergo timorem
debet hõ habere. ne malicia ſua ꝓpria deuin
cat eũ q̃ꝫ de alia re de mundo. Impoſſibile ẽ enĩ
q̄ hõ põt ad graciam dei aſcẽdere ul' ĩ ea ꝑ
ſeuerare ſine ſãcto dei timore ⁊ ſcõ pauore,
q̃ nõ hꝫ timorẽ dei ſignũ hꝫ ꝑeũdi. Timor

dñi facit humiliter obedire. et caput uſqꝫ ad terrã flectere ſub iugo obediẽtie ſãcte. Et quanto quis maiorẽ dei timorẽ habet. tãto plus orat. Cui aũt datur gr̃tia ſacte oracõnis. nõ eſt puũ donum. Opera hoĩs q̃tumcũqꝫ videantur mag̃ nõ ſunt ſcðm eſtimacõem hoĩs. ſed ſcðm eſtimacõem et beneplacitũ dei. Et ideo ſemp eſt nobis timẽdum

De virtute ⁊ pace

Qui paciẽter ſuſtineret tribulacões ꝓpter deum cito veniret ad magnam gratiã. et eſſet dñs hui⁹ mũdi. et teneret iã pedẽ in alio mũdo. Quicq̃d hõ facit ſiue bonũ ſiue malũ. ſibimetipſi facit. nõ debes ſcãdalizari ſi quis tibi facit iniuriã. ſed debes cõpati peccato eius. Suſtinere debes paciẽter iniurias a proximo tibi factas ꝓpt deũ ⁊ ꝓpter proximũ. ⁊ ꝓpter teipſũ. Quãtũ quis patus eſt ſuſtinere tribulacões ⁊ iniurias ꝓpter deũ tantũ eſt mai⁹ apud deũ ⁊ nõ amplius Et quãto quis eſt flexibilis a tribulacõne ⁊ dolore ſuſtinẽdo ꝓpt deũ tãto minor eſt apud deũ. ⁊ nõ cognoſcit quid ſit deus. Si quis dicit tibi malũ adiuua illũ. et ſi quis dicit tibi bonũ redde illđ deo Adiuuare aũt debes eum ut ſi dicit

tibi mala tu de teipo dicas deteiora. Si
vis facere partem tuam bonam. fac ptem
tuam malam. hoc eſt. factū ꝛ dictū alteius
lauda ⁊ tuū inculpa. Et ſi vis facere pte
tuam malam factum ꝛ dictum tuum com
mēda ⁊ partem alteius vitupera, quando
igitur aliqs contendit tecum ſi vis vince
re perde, nam in fine quādo crediderís te
vicisse inuenies te perdidisse. Via ergo
ſaluacōnis eſt via perdicōnis. Non ſum⁹
boni portatores tribulacōnum. qꝛ non ſu
mus ſectatores ſpūaliū ꝯſolacōm Qui eni
fideliter laboraret in ſe ꝛ p ſe ⁊ ſup ſe. ſuaui
ter oia ſuſtierz. iniuriā nulli facias, ⁊ ſi qs
tibi facit iniuriā. pacieter ſuſtine eā amo
re dei ⁊ p remiſſioē pccoꝝ tuoꝝ. Ne offen
das proximū ſʒ trahas eū ad deū Multo ei
meli⁹ ē vnā ꝯuem iniuriā ſuſtiere ſine m
mure aliq ꝓpt amorē dei. qꝫ paſcere cētū
paupes. ⁊ qꝫ ieiūare uſqꝫ ad celū ſtellatū
tpe longo, qd ꝓdeſt hoi deſpicere ſeipm ⁊
tribulacōes ſuo corpi facere i ieiūijs vigi
lijs diſciplis ꝛ oracōibꝫ. ⁊ nō poſſe vnā in
iuiam ſuſtiere a proxio de q ſuſcipiet ma
ius pciū qꝫ de ſuis q port ſua ꝓpa volūtate.
Suſtiere tribulacōes ſine mmure magis

purgat peccāta hoīm q̄ effuſio lacrimaꝝ.
Beatus ille q̄ ſemp habet āte oculos ſuos
peccatū ſuū ⁊ beneficia dei. q̄ libenter et pa
ciēter ſuſtinet tribulacōnes ⁊ anguſtias.
vnde debet expectare ꝯſolacōes magnas
Beatus ille qui nō petit nec deſideāt aliq̄
cōſolacōem ſub celo ab aliq̄ creatura Nō
exſpectat homo p̄miū a deo ſi huilis eſt ⁊
quietus ſolūmodo dū bene ſatis ſit ei in oī
bus. Qui ſemp bene haberet corā ocul' pec
cata ſua in nulla tribulacōe deficeret. Oīe
bonum quod habes recognoſcere debes
a deo ut omne malum a peccato tuo. Si
aliquis homo feciſſet ⁊ faceret oīa bona q̄
fecerūt ⁊ faciūt ⁊ facerent omnes hoīes de
mūdo. tamē ſi bene ſe inſpicit inueīt ſe ſem
per contrium bono ſuo. Dixit ei quidā fra
ter. Quid faciem⁹ ſi veniūt in tēpore nr̄o
tribulacōnes multe. Reſpondit. ſi plueret
dn̄s lapides ⁊ ſaxa de celo. nō nocerēt. Si
eſſem⁹ tales hoīes q̄les eſſe deberem⁹. ſi hō
eſſet qualis eſſe deberet. malū ſibi cōuerte
retur in bonū. Sicut eni habēti malā vo
lūtatem ipſum bonū conūtitur in malum
Ita habēti bonā volūtatem omne malum
conūtitur ſibi in bonū. Oīa enim magna

bona ⁊ magna mala ſuſtinꝰ in hoīe q̄ vidˀi
nō poſſunt. Ad infirmitatem magnam ⁊
laborem magnū ⁊ famē magnā ⁊ iniurias
mag̃s alicui fcās ↄcurrūt peſſimi demōes.
Si vis ſaluari nō petas tibi fieri iuſtitiā
ab aliq̄ creatura. Viri ſācti bō faciūt ⁊ ma
la paciūtur. Si cognoſcis te offendiſſe
creatorē tuū ⁊ bonū oīm cognoſce. qꝛ dig
nū eſt vt oīa te pſequātur et vindicent in
iuriam quā feciſti deo tuo. Ab oībus crea
turis debes paciēter ſuſtiere moleſtias ti
bi factas. qꝛ ↄtr̃ aliquā nō habes iuſticiā.
cum ſis dignus puniri ab omnibꝫ. Mag̃
virtus homini eſt vincere ſemetipſum Si
vincis temetipſum. vincis inimicos tuos
omnes. ⁊ puenies ad omne bonū. Mag̃
virtus eſſet ſi quis pmitteret ſe vinci ab
omnibus hominibus. qꝛ talis homo eſſet
dn̄s huius mūdi. Si vis ſaluari. conare
ut deſperes ab omni conſolatione quam
poteſt tibi aliqua creatura mortalis dare.
qꝛ maiores ⁊ frequentiores ſunt caſus ex
conſolacōnibus q̈ꝛ ex tribulacōnibus ac
cedentes. Nobilis eſt natura equi. qꝛ li
cet ſit in velociſſimo curſu. tn̄ is qui eū eq̄
tat pōt eū auertere ab vna via ⁊ dirigere

ad aliā ꝓ velle ſuo, ſic deberet hō impetu
ire ſue ꝑmittere ſe regi ab alio q̄ corrigit
eū vel ad ſolā memoriam dei deberet hō
deſiderare quātum eſt ꝓ ſe ⁊ alapas ⁊ co-
laphos ⁊ ut hoīes eū trherent ꝑ capillos.
Murmurauit qͦꝫ corā eo religioſꝰ quidā
de quadā obediētia graui ſibi data. Cui
dixit frater egidiꝰ. Dice mi q̄to plꝰ mur-
muras. tāto plus te oneras. ⁊ quanto hu-
milius ⁊ deuotius ſubmiſeris caput iugo
obediētie ſācte. tanto leuiꝰ et ſuauius tibi
erit. Tu nō vis vituparí i hoc mūdo ⁊ vis
honorari i alio. nō vis maledici ⁊ vis bene
dici, nō vis laborare ⁊ vis q̄eſcere, deceptꝰ
es. qꝛ ꝑ vituperium venitur ad honores. ꝑ
maledictionē habetur benedictio. ꝑ labo-
rem req̄es Prouerbiū verū eſt. Qui nō vult
dare de eo qđ diligit. non pōt de eo habe-
re qđ vult Non mireris ſi proximꝰ aliqñ
te offendit. qꝛ martha q̄ ſancta fuit vole-
bat prouocare dn̄m ɔtra ſororē ſuā car-
lē, tamē iniuſte murmurabat martha de
maria. qꝛ quāto plura mēbra amiſeāt quo
ad vſum maria q̄uā martha tāto plus la-
borabat quā amiſerat enī loq̄lam viſū au-
ditū ⁊ greſſum. Stude eſſe gratioſus et

virtuoſus. ꝯ pugna cōtr̄ vicia. et ſuſtine paciēter tribulacōes ꝯ verecūdias. Nō ē enim aliud niſi ut vicas teipm̄. qꝛ parꝫ eſt boi attrahere aīas ad deū. niſi vicat ſeipm̄.

## De ſācta ſollicitudine ⁊ vigilātia cordis

Ociosus hō amittit hunc mūdū ⁊ aliū. non fructificādo ſibi nec alijs. Impoſſibile ē virtutes acq̄rere ſine ſollicitudīe et labore. Si tu potes eſſe in tuto. non te ponas in dubio. Ille ē in ſecuro q̄ laborat ꝓ deo uł ꝓ celeſti regno. Juueis q̄ laborē recuſat. regnū celoꝝ recuſat. Si ſollicitudo nō ꝓdeſt negligētia non obeſt, ſicut ociōſitas mala ē via ad īfernū. ita occupatio ⁊ quies ſācta ē via ad celum, deberet hō eſſe ſollicitus ad cuſtodiendam gratiam ſibi datam a deo ꝯ cū ea fideliter laborare. qꝛ ſepe amittit homo fructus ꝓ frondibus ⁊ grana ꝓ paleis. Quibuſdam vero dat deus fructus ꝯ frondes facit eis caras. quibuſdam vero dat vtrūqꝫ ꝯ quidā carent vtroqꝫ. Maius reputo bona creata a dn̄o cōſeruare q̄ꝫ ea acquirere, qui nouit acquirere et neſcit reponere nunq̄ꝫ ditabitur, ſcire vero reponere et neſcire acq̄rere

nō eſt magnū, multū lucrātur multi. ſed
nunq̄ fiunt diuites. q2 que lucti ſunt. neſ
ciūt exponere. Et aliqui paulatī lucrātur et
diuites fiūt. q2 que lucrātur bene cuſtodi
unt. O q̄ntum fluui9 imber congregacōm
aquaꝝ haberet ſi cōtinue nō deflueret, hō
petit a deo donū ſine menſura et ſine fine. et
vult ei ſeruire cū menſura et cum fine. Qui
vult ſine mō et ſine fine amari et remune
rari. deb3 ſine mō et ſine fine amare et ſeruire,
Pꝫ negligētiam ſuam amittit homo pfec
tionem ſuā. Loq̄batur ſemel frater Egi
dius cuidam volēti pgere romam dicens.
Quādo ibis p viam noli attrahere tibi que
videb ne impediāt te. et ſcito eligere bonā
monetam a falſa, multe enim ſunt aſtucie
inimici et ei9 laquei varij et oculti. Beat9
qui exfructat corp9 ſuū amore altiſſimi et
de bono qd facit a celo inferi9 p̄mium nō
req̄rit. Si q̄s eſſet pauprim9 valde et dice
ret ei aliq̄s. frater accōmodo tibi hāc rem
meam ut p tres dies exfructes eam et per
hoc habebis theſaurū infinitū. nōne iſte
paup ſi cōſtaret ſibi hoc eſſe verū ſtuderet
ſollicite rem illā exfructare? Res mutuata
nobis a deo eſt caro nr̄a. et quaſi tres dies

ſūt totū tēpus vite nr̄e. Si vis ergo frui
ſtude lucri, ſi nō laboras quō quieſcas? ſi
oēs agri ⁊ vinee hui⁹ mūdi eſſent vni⁹
hoīs q̄ nō coleret eos nec coli faceret. quē
fructū inde pciperet? Ali⁹ habēs vero puā
q̄ntitatem agroꝝ ⁊ vineaꝝ ⁊ ipos coleret.
p ſe ⁊ pluribꝫ alijs pcipit inde fructus. Si
q̄s vult facere malū vix petit ꝯſiliū ſup hoc.
⁊ ſi vult facere bonū ſtudet cōſiliū a multis
pq̄rere. Puerbium vronicū eſt. Ad ſpem vi
cini tui nō ponas ollas ad ignē. Nō eſt
hō btūs ſi bonā habet volūtatē ñ hoīs opi
bus ſtudeat eā cōſeq̄. qꝛ ad hoc dat de⁹ hoī
gr̄ciam ut ⁊ ſeq̄tur eā. Dixit ſemel fratri Egi
dio quidam homo vagabundus ut vide
batur. frater Egidi. fac michi conſolatio
nem. Reſpōdit frater Egidius, ſtude te be
ne habere. et habebis conſolacōnem. Nihil
eni quis paret ī ſe locū deo. nō inueīt locū
creaturis dei. Quis eſt q̄ velit facere id qđ
eſſet meli⁹ nō ſolū aīe ſed etiam corpori in
hoc mūdo. tunc ergo nec bonum aīe nec bo
num corpori volum⁹ facere. Ego poſſem
iurare veraciter q̄ q̄ alleuiat ſibi iugū dei
⁊ aggr̄uat ſ illō. ⁊ q̄ illō ſ aggr̄uat. ipꝫ ſibi
alleuiat. Utinā facerēt hoīes q̄ eſſꝫ meli⁹

etiam eoꝝ corporibꝫ in hoc mūdo, qui fecit alium mūdum fecit ⁊ iſtum ⁊ de bonis que tribuit in alio mūdo poteſt in iſto tribue re. ⁊ corpus ſētit de bonis aīe. qꝛ bonum ⁊ malū anime redundat in corp9 ſuū. Tūc dixit ei quidam frater, Forte moiemur an teq̄ꝫ bonum nr̄m cognoſcamus. Qui ait, Pelliparij cognouerūt de pellibꝫ. cerdones de calciamētis. fabri de ferro et ſic de alijs artibꝫ. Quomō aūt homo poteſt ſcire ar tem in q̄ numq̄ꝫ ſtudet? Credis tu qꝛ mag ni dn̄i debēt magna dona, ſtultis ⁊ iniquis hominibꝫ non dant. Bona opera ſunt via ad oīe bonum. ſicut mala opera ſunt via ad omne malū. Beat9 ille quē nulla res a celo inferius dedificabit. ⁊ qm̄ omnia q̄ videbit et audiet vel ſciet edificabunt. Et de oībus ſtudet elicere vtilitatem ſuam

## De contemptu mundi

Ve homini illi qui ponit cor ſuū et deſi derium ſuū ⁊ vires ſuas in rebꝫ terreis. ꝓpter quas relinq̄t ⁊ ꝑdit bona celeſtia ⁊ terrena. Aq̄la qui volat alte ſi haberet al ligatam cuilibet ale vnā de trabibus eccle ſie ſācti petri. nō volaret ita alte Multos vidim9 laborātes frāgendo ſaxa. cauando

mōtes ⁊ alia opa grauia corpori faciendo.
ſed ꝓ anima quis ita viriliter laborat? a
uarus eſt ſimilis talpe que non credit aliū
theſaurum eſſe nec aliud bonum niſi caua
re terram et inhabitare eam. tamen ſūt the
ſauri alij quos ignorat. Aues celi ⁊ beſtie
terre ⁊ piſces aquarum quādo habent ci
bum ſibi cōpetētem contēti ſunt. Cū ergo
hō contēt9 nō ſit reb3 terreis qui ſemp ſuſ
piret ad alia patet ꝙ ad iſta nō fiat pñci
paliter fact9 ſ3 ad alia/ corp9 factum eni
fuit ꝓpter aīam ⁊ mūd9 iſte ꝓpt̾ aliū mū
dum. Mūd9 iſte talis cāpus ē ꝙ habēs
ex eo ptem maiorē habet ptem deteiorem
Itē dicebat ꝙ nō placebant multū btō
franciſco formice ꝓpter nimiā ſollicitudi
nem quam habēt congregādi victualia
ſua. Sed aues celi magis placebant ei.
ꝙ non cōgregant in horrea. Caro noſtra
eſt ſicut porcus. qui auide currit in lutum
⁊ delectatur in luto. Caro noſtra eſt ſicut
ſcrabro q̄ ſemp ſtercus eq̄nū voluere dele
ctatur. Caro nrā eſt ſicut pugil dyaboli
Dixit ei quidam frater. Quō poſſemus ca
uere a vicijs corpis. tūc rn̄dit frat̾ Egidi9
q̄ vult trāſferre maḡ ſax̄ et trabes grandes

ſtudet eas trāſferre ingenio magis q̄ vi
ribus. et in hoc facto eſt ſimpliciter procedē
dum, omē vicium ledit caſtitatem. eſt enī
ſicut ſpeculum clarum qd' p ſolum anheli
tum obſcuratur. Impoſſibile eſt enim hoīez
venire ad gratiam dei. dum ei placet in carli
bus delectari. Volue igr̄ et reuolue deſup et
deſubt9 hinc inde. Et nō eſt aliud q̄ pugn̄
re contr̄ carnem que vult te tradere die ac
nocte, q̄r qui vincit. omnes inimicos ſuos
vincit et deuenit in omē bonum. Dicebat aūt.
Int' oīes virtutes ego p̄eligerem ſāctam
caſtitatem. Dixit ei quidā frater. Nonne
maior virtus eſt caritas q̄ caſtitas? Reſpō
dit ei frater egidius Quid eſt caſti9 caſti
tate. frequēter cantādo. dicebat. O ſācta
caſtitas qualis es? tu es talis et tāta. qualē
et quātam te fatui non cognoſcūt. Dixit
ei quidā frater, q̄d vocas tu caſtitatē, tūc
rn̄dit. Caſtitatem voco omēs ſenſus cuſto
dire gr̄tia dei

De pugn̄ temptacōm

Gratia magna in pace cuſtodiri nō
poteſt. q̄r ſemp oriūtur multa cōtra
ria, quāto enim gratioſior erit tāto plus a
dyabulo impugn̄tur nō tamen debet homo
propter hoc ceſſare ſequi gratiam ſuā. quia

quanto grauior fuerit pūgna ſi vicerit maior erit corona Nos ideo non habem⁹ multa impedimenta. qꝛ nōs ſumus tales quales eſſe deberemus. Verumtamen ſi q̃s bene iret per viam dn̄i nec fatigacōem haberet nec tedium. ſed ī via ſeculi fatigacōnem habet homo et tedium vſqꝫ ad mortem. Reſpōdit ei quidam frater. Tu videris dicere duo contrr̄ia ſibimetipſi. Reſpōdit ei frater Egidius. Nōne demones currūt pocius ad hominem habētem bonam voluntatem q̄ꝫ ad alios. Ecce impedimentum, ꝛ ſi quis venderet denariatam ſuam plus milies q̄ꝫ valeret quam fatigacōem ſibi ſentiret. Ecce ſoluta eſt contrarietas. Dico ergo. q̄ꝫ to quis pleior fuerit virtutibus. tanto magis infeſtatur a viciis. et tāto magis ea debet habere odio. De omni vicio qd̄ vīces virtutem acq̃res. ꝛ de quocumqꝫ vicio amplius tribularis de eo magis premium recipies ſi deuīcas, quacūqꝫ de cauſa hō amittit ire p viā dn̄i ſui. ip̄a de cauſa amittit premiū ſuū. Dixit ei quidā. Temptor tēptacōe peſſima, frequenter et pluies rogaui dn̄m ut auferret eā a me. ꝛ nō aufert eā. R̄ndit frat̄ egidi⁹, q̄ꝫ to aliq̃s

rex munit ampli⁹ milites ſuos armis.tan
to vult ut fortius prelietur. Si quis etiā
vadit ad ꝓlium oracōis quaſi ſine armis
qꝛ ſentit ſe aridū ⁊ indeuotum.deus vidēs
fidelitatem ei⁹. ponit in eo ſignū armorū
ſuoꝝ. Sic ē de temptacōibꝫ aliqn̄.ſic acci
dit de agricola qui vidēs ſiluā arborum et
veprium ī aliquo territoio ſuo in quo vel
let facere nouale ⁊ granum ſemīnare.ſed
multis laboribꝫ ⁊ anguſtijs et ſudoibꝫ fati
gatur anteq̄ recolligat inde granum.et
q̄n qꝫ eum penitet qꝛ laborem illū aſſump
ſerit ꝓpter labores et anguſtias q̄ ſibi in
opere illo emergūt. Primo nāqꝫ intuetur
ſiluam ſtipādam fructibꝫ et nō videt gra
nū. Secūdo cū laboribus multis incidit
arbores ⁊ nondum videt granū. Tertio
cū multo labore ⁊ graui euellit radices ar
borū ⁊ nōdū videt granū. Quarto ꝓſcin
dit terrā ⁊ aptat ⁊ nōdum videt granum.
Quinto arat iterū terrā. Sexto ſemīnat
eam. Septīo purgat eam. Octauo me
tit. Nono triturat. Et hec omnia cū labore
multo facit. Decimo repōit cū gaudio.q̄ſi
nō recordans tāti laboris ꝓpter fructum
multū quē habet in fine. Multos etiam

labores alios plures istis quos oēs bene
dixeit ꝓpt' gaudiū q₂ fructū bonū pcipit.
Itē dixit ei quidā, q̄d possem facere. si
enī facio aliq̄d bonum habeo inde vanā
gloiam. ⁊ si facio malū. incido ī tristitiā ⁊
quasi in desperacōem. Respondit ei frater
Egidi⁹. Bn̄ facis si doles de pccis tuis. tn̄
cōsulo tibi ut doleas modeāte, semp enī de
bes credere q₂ maior sit potētia dei ī pcēdo
q̄ tua in peccādo, si deus facit miseicordiā
alicui magno pccōri credis tu q₂ minus
pccōr relinq̄tur. Ceterū ꝓpt' temptacōem
inanis gloie nō desistas facere bonū. Si
enim agricultor volens iacere semen ī ter
ra diceret intra se. Nolo semmare. q₂ si se
minauero forte venient volucres celi com
medent ex semine illo et ꝓpter hoc non se
mnaret. non haberet fructus terre ad cō
medēdum. Si aūt semnat. licet aliquid
de semine illo pereat. tn̄ maior pars rema
nebit ei. Sic est ille q̄ temptatur a vana
gloia ⁊ pugn̄t cōtra eam. Quidam frater
dixit fratri Egidio. legitur de btō bernārdo
q₂ sel' dixit septem psalmos pn̄iales nec
quidq̄d aliud cogitauit nisi sup hijs q̄ di
cebat. Rn̄dit frater Egidi⁹, mai⁹ reputo

ſi caſtrū aliquod fortiter impugnatur. et cuſtos caſtri defendit ſe viriliter et valēter.

Sequitur de virtute

Dicebat ſemel quidā iudex ſecularis fratri Egidio. Quō poſſemus nos aſcendere ad ſtatū gratie et virtutis? Reſpōdit frater Egidius. Primo debet hō dolere de peccatis ſuis. poſtea pure cōfiteri. deinde facere penitentiā ſibi impoſitam. poſtmodū cuſtodire ſe a peccatis oibus et occaſioīb; peccatoꝝ. tādem debet ſe exercere in bonis opibus. Benedictū ſit illud malū. quod conuṫitur hoī in bonum Et maledictū ſit illud bonū qđ conuṫitur hoī in malum. Libēter debet hō ſuſtinere mala in hoc mūdo, quia de hoc dedit nobis exemplū in ſe ipō dn̄s noſter ihesus xp̄us. Beatus qui habet dolorē de peccatis ſuis et plorabit die ac nocte nec cōſolabitur ī hoc mūdo donec perueniat illuc ubi oīa deſideria cordis ſui cōplebuntur.

De gratia oracōnis

Oratio eſt iniciū et cōplemētum oīs boni, oratio illuſtrat animā. et p eam cōgnoſcitur bonū et malū. hanc oracōem debet facere quilibet pccōr ad deum. vt det illi cōgnoſcere ſuam miſeriam et ſua peccā

⁊ eius bn̄ficia. Qui neſcit orare. non cog
noſcit deū. Oēs qui debēt ſaluari ſi habēt
vſum oracōis. de nccītate oportet ut ī fine
ſuo ad oracōem ſe conūtant. Ponamus ꝙ
aliq̄ mulier verecūda multū ⁊ ſimplex. ha
berz vnicū filiū valde dilectū. q̄ ꝓpter offen
ſam aliquā captus eſſet a rege ⁊ ad ſuſpē
dium deduceretur. Nōne hec mulier licet
verecūda ⁊ ſimplex ſolutis crinibꝫ ⁊ nuda
to pectore vociferādo clamaret. ⁊ ad regē
rogādo currerz ꝓ liberādo filio ſuo. Amor
filij ⁊ nccītas. mulierem verecūdam ⁊ vix
extrā limitem domus ſue exeūtem prius. q̄ſi
effrōtem poſtea redderz. ⁊ p plateas īnt
hoīes eiulātem. ⁊ de ſimplici efficerz ſapiē
tem. Hic bene ſciret ⁊ vellet orare q̄ mala
ſua ⁊ pericula ⁊ dampna ſua veraciter cog
noſceret. Dixit ei quidam frater. Multū
deberet homo dolere quando non poteſt
in oracōe graciam deuocōis inuenire. Reſ
pondit frater Egidius. Conſulo tibi. ꝙ
plane facias fructum tuum. Si enim ha
beres aliquātulū boni vini in vegete ⁊ fex
eſſz ſub vino. velles tu vegetem cōcutere ⁊
vinū cū fece miſcere. Nō eſſz hoc faciēdum.
Et ſi mola molēdini nō facit aliqn̄ bonā fai

nam. molēdinarius nō cōfringit eā statī cū malleo. ſed plane ⁊ paulatiue repat eā. ⁊ ſic facit bonam farinā. Facias tu ſiliter. et cogitate nullatenꝰ dignū eē ɔſolacōem aliq̄ꝫ in oracōe a deo recipe. Nam ſi quis vixiſſet ab inicio mūdi vſqꝫ nunc. et victurus eſſet vſqꝫ ad finem eius. et in oracōne deduxiſſent oculi eius oī die plenā parapſidem lacrimaꝝ. nō eſſet dignꝰ in fine mūdi ut deus cōſolacōnem vnicā daret ei. Dicebat ei frater quidā alius. Quare plures temptacōnes patitur hō dum orat deū. q̄ aliis tēporibus. Reſpōdit frater egidius. Cū aliquis habet cauſam contr̄ aliquem adūſarium ſuū in curia pn̄cipis alicꝰ. Si homo iſte vadit ad pn̄cipem illum ut ꝓponat ⁊ faciat aliqd̄ contr̄ adūſarium. Adūſariꝰ ille hoc sciēs opponit ſe illi totis viribus ne ſentētia detur ꝓ iſto. ſic facit dyabolꝰ contr̄ nos. Ideo qꝫ ſi ſteteris in colloq̄o cū aliis videbis freq̄nter te nō ſentire bella multa tēptacōm. ſed ſi ad oracōem perrexeris ad recreādam animā tuam tūc ſencies ɔtr̄ te ignita iacula inimici. non debes ꝓpter hoc relinq̄re oracōem ſed firmꝰ ſtare. qꝛ hec eſt via ad ſupnā patriam. et ille

qui ꝓpter hoc oracōem relinq̄t eſt ſic ille
qui de ꝑlio fugit. Dicebat ei quidā. Mul
tos video habere graciam deuocōis ⁊ lac
marū. qn̄ ad oracōem vadūt. Ego aūt vix
poſſum inde aliq̄d ſētire. Reſpondit frater
Egidi9. Labora fideliter ⁊ huiliter. q2 grām
quam nō dat tibi deus vna vice dare tibi
poteſt in alia vice. ⁊ q̄d nō dat tibi ī vno
die vel in vna ſeptimana vl' in vno menſe
vel in vno anno. poteſt tibi dare ī alio die
vel in alia ſeptimana vl' in alio mēſe vel in
alio anno. Pone laborem tuum ⁊ de9 po
